

## Codice Diplomatico Longobardo I, 124

+ In nomine domini Dei nostri Iesu Christi. guvernante domno Ratchis famulu Christi Iesu principem gentis Languardorum, anno prima, mense februario, per inductione decima. Magnum donationis est titulus uui causa largitatis congrue poteest agnusci. Ita dominus episcopus Andreas sancte Pisane ecclesie dixit: unusquis considerans seruient suo fideli famulo alico beneficii munus inpenditur, ut beneficii sui aliqua remunerationi sue misericotia consequatur, ideo omnipotens Dominus suo fideli famulo iustoque dispensatori adfatus est dicens: euge, serue bone et fidelis, quia super pauca fuistis fidelis, supra multa te constitua, intra in gaudio domini tui. Itcirco auctore Deo ego superius nominatus Andreas episcopus, considerans tuo Atoni obsequium et fidelem seruitium, confero adque cedo tuui cui supra Atoni ecclesiam Sancti Mamiliani sita in loco Collinem, quam mihi da Rotpertu quandam presbitero cum monasterio uel campis, pratis, siluis, uineis, pomiferis, pascuis, padudibus uel aquarum fontibus, seo et in loco qui dicitur Pinnule quidquid ad ipsa ecclesia uel ad ipsum presbiterum pertenuit uel nunc presenti tempore abere uel possidere uidetur; ur diximus, mouilia et inmouilia, familia seseque mouentia, in tuo Atoni gure dominioque concedo abendi, dominandi, possedendi, ordinandi, omnibus diebus uite tue liuere et inconcusse firmiter ualeas possidere. et nullo umquam in tempore tiui aliquis homo aliqua passet exinde inferre molestia. nepotis autem ipsius quandam Rotperti presbiteri, qui nunc iuidemabitarem uidentur, corum nominam sunt Ratperga et Romias, monachas ambas, dum adiuuerem meruerent, liceat earum ambabus cum ris su as iuidem uiuere etabitare; post obitum earum reuertatur omnia ad ipsa ecclesia et Atoni uel quem iui ipsem constitucret. postea uiro, post decesso Atoni uel quem iui Ato ordinaueret, ideo postea reuertatur ad potestatem Sancte Marie matris ecclesie uel episcopo qui pro temporit in ciuitatem Pisanam fuerit ordinatus. unde amodo tempore abens nostrum firmitatis donum cum Dei gratiia et sancte eius geneticis Marie securus cum gaudio ualeas possidere. Quam uiro donationis seo firmitatis nostre cartula Alpertu notarium sancte ecclesie nostre scriuerem iussimus. Actum Pisas, per inductione suprascripta; feliciter. + Ego Andreas episcopus in hanc cartula donationis a me facta manu mea propria subscrispi. + Ego Aunemund arcipresbiter ex iussio domno Andreas episcopus in anc cartula manus mea subscrispi. + Ego Aluart presbiter ex iussio domno Andre episcopus in han cartula manus mea subscrispi. + Ego Ilmpertus diaconus ex iussionibus domni Andre episcopus manus me subscrispi. + Ego Aufosu diacono ex iussione domni Andreas episcopu manus meas subscrispi. + Ego Barunta presbiter ex iussione domni Andree episcopus manus mea subscrispi. + Ego Alpertu notarius ex iussione domni uiri beatissimi Andrea episcopo hac cartula donationis scripsi, et post manu ipsius propria scripta et a testibus rouorata et manibus sui tradita suppluui et dedi.